



<https://www.biodiversitylibrary.org/>

**Transactions of the Cambridge Philosophical Society**

<https://www.biodiversitylibrary.org/bibliography/2348>

**Vol. 6:** <https://www.biodiversitylibrary.org/item/49446>

Page(s): Page 541

Holding Institution: Natural History Museum Library, London

Sponsored by: Natural History Museum Library, London

Generated 26 March 2024 9:48 AM

<https://www.biodiversitylibrary.org/pdf4/1685132i00049446.pdf>

This page intentionally left blank.



37. *Cynara horrida*, Ait.

*C.* caule brevi, simplici, unifloro, incano, foliato: foliis pinnatifidis, ferocissime spinosis, subtus incanis: caulinis haud decurrentibus; pinnis distinctis, subremotis, angustis, longe acuminatis s. apice caudatis, inciso-laceris, spinis baseos pinnarum laciniarumque bi-pluri-aggregatis, basi connatis: anthodii squamis erectis, angusto-lanceolatis vel ensiformibus, acuminato-spinosis, rectis.

*C. horrida*, (Ait:) Spr. Syst. iii. 369. No. 3.

Hab. in collibus apricis graminosis Portûs S<sup>ti</sup> sat frequens, A. D. 1828: in Maderæ Promontorio Ponta S. Lourenço dicto solo rariss. nuperrime (A. D. 1837) invenit Lippold.

Radix magnus, crassus, perennis, cum capitulis apud accolos Portûs S<sup>ti</sup> edulis. Caulis subpedalis, strictus, firmus, erectus, rotundus. Capitulum sat magnum, sphæroideum, diametro fere bipollicari. Flosculi "cærulei" (*Lippold*); desiccati in ipso exemplo Lippoldiano purpurei; a me nunquam rite expansi visi, sed albi ab incolis Portûs S<sup>ti</sup> dicti.

Folia elegantissima; sed spinis rigidis, tenuissimis, acutissimis, numerosissimis pallide flavescentibus fulvisve horridissima tectis: radicalibus rosaceo-confertis, subpedalibus.

## RUBIACEÆ.

38. *Galium prodictum*, nob. Prim. p. 29. No. 50.

An a *G. cinereo* All., Sm., D. C. satis distincta? Confer etiam *G. erectum* Huds., Sm., D. C.

39. *Galium geminiflorum*, nob.

*G. pumilum*: caulibus tetragonis, gracilibus, lævibus, simpliciusculis, diffuso-erectis, dichotomis, subinermibus vel sparsim aculeolatis, aculeis subdeflexis: foliis 4—6-verticillatis, ovato-lanceolatis, cuspidatis, superne margineque aculeatis, aculeis antrorsum spectantibus: pedunculis geminatis, axillaribus, simplicibus, rarissime bifidis, unifloris, abbreviatis, s. folia vix superantibus: fructibus densissime uncinato-setosis hispidis.

Hab. in summis cacuminibus Insulæ Portûs S<sup>ti</sup> tantum.

Planta rarissima, parva, inconspicua, tenera, mox evanescens; *G. setaceo* Lam., Desf., D. C. (*G. capillari* Cav.) affinis.



The following text is generated from uncorrected OCR or manual transcriptions.

[Begin Page: Page 541]

Mr LOWE, ON MADERAN BOTANY. 541

ii7. *Cynarn horrida*. Ait.

C caule brevi, siniplici, unifloro, incano, foliato : foliis pinnatifidis, ferocissime spinosis, siibtus incanis : caulinis hand decurrentibus ; pinnis distinctis, subremotis, aiigustis, longe acuminatis s. apice caudatis, inciso-laceris, spinis baseos pinnarum laciniarumque bi-pluri-aggregatis, basi connatis: anthodii squamis erectis, angusto-lauceolatis vel ensiforniibus, acuminato-spinosis, rectis.

*C. horrida*, (Ait:) Spr. Syst. iii. 369. No. 3.

Hab. in collibus apricis graminosis Portus S" sat frequens, a. d.

1828: in Madera? Promontorio Ponta S. Lourencj-o dicto solo rariss. nuperrime (a. d. 1837) invenit Lippold.

Radix inagnus, crassus, perennis, cum capitulis apud accolas Portus S" edulis. Caulis subpedalis, strictus, firnius, erectus, rotundu.s. Capitulum sat magnum, sphaeroideum, diametro fere bipollicari. Flosculi " cserulei" {Lippold); desiccati in ipso exemplo Lippoldiano purpurei ; a me nunquam rite expansi visi, sed albi ab incolis Portus S" dicti.

Folia elegantissima ; sed spinis rigidis, tenuissimis, acutissimis, numerosissimis pallide flavescentibus fulvisve horridissima tectis : radicalibus rosaceo-confertis, subpedalibus.

RUBIACEAE.

38. *Galium prodictum*, nob. Prim. p. 29. No. 50.

An a *G. cinereo* AIL, Sm., D. C. satis distincta? Confer etiam

*G. erectum* Huds., Sm., D. C.

39- *Galium geminiflorum*, nob-

*G. pumilum* : caulibus tetragonis, gracilibus, levibus, simplicibus-  
culis. diffusis-erectis, dichotomis, subinermibus vel sparsim aculeolatis, aculeis  
subdeflexis : foliis 4 — 6-verticillatis, ovato-lanceolatis, cuspidatis, superne  
nigrescentibus aculeatis, aculeis antrorsum spectantibus : pedunculis gemi-  
natis, axillaribus, simplicibus, rarissime bifidis, unifloris, abbreviatis, s. folia  
vix superantibus : fructibus densissime uncinato-setosis hispidis.

Hab. in summis cacuminibus Insula; Portus S<sup>r</sup> tantum.

Planta rarissima, parva, inconspicua, tenera, mox evanescens ; *G.*

setaceo Lam., Desf., D. C. (*G. capillari* Cav.) affinis.